Quelle: https://manuscripta.at/?ID=35036
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar/Seminario Maggiore

an uenuat helyas libans eum. Jhs aut iterum clamans
uoce magna emisit spm. Et ecce uelum templi scissum e
in duas partes. a summo usq; deorsum. et terra mota est.
& petre scisse sunt. & monumenta aperta sunt. & multa corpa
sanctorum qui dormierant surrexerunt. Et exeuntes de monumentis
post resurrectionem ei uenerunt in sanctam ciuitatem & apparue
runt multis. Centurio autem & qui cum eo erant custodi
entes ihm uiso terremotu. & his que fiebant timuerunt
ualde dicentes. Vere filius dei erat iste. Erant autem ibi mu
lieres multe a longe que secute erant ihm a galilea mi
nistrantes ei. Inter quas erat maria magdalene & ma
ria iacobi & ioseph mater & mater filiorum zebedei. Cum
sero autem factum esset uenit quidam homo diues ab ari
mathya nomine ioseph. qui & ipse erat discipulus
ihu. hic accessit ad pylatum. & petiit corpus ihu. Tunc py
latus iussit reddi corpus. & accepto corpore ioseph inuoluit
illud syndone munda. & posuit illud in monumento
suo nouo quod excideraat in petra. & aduoluit saxum mag
num ad hostium monumenti & abiit. Erat autem ibi maria
magdalene & altera maria sedentes contra sepulchrum.
Altera autem die que est post parasceuen. conuenerunt pinci
pes sacerdotum & pharisei ad pylatum dicentes. Domine.
recordati sumus quia seductor ille dixit adhuc uiuens.
post tres dies resurgam. Iube ergo custodiri sepulchrum us
q; in diem tertium. ne forte ueniant discipuli eius & furentur
eum & dicant plebi. surrexit a mortuis. & erit nouissi
ma error peior priore. Ait illis pylatus. habetis custodiam
ite custodite sicut scitis. Illi autem abeuntes munierunt se